



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XXIII. Pompa. Nihil amare. Cassa specula, terricula. Mulo inscitior.  
Muli. Cistellaria Plauti explicata, emendata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

libri scripti, *bivie Cybeles*. an fallor? an scribitis Ma-  
tialis *biuire*, tum eam vocem vt explicaret Gemma-  
ticus adiecit, *hoc est vidue*; eaque glossa in libros po-  
ea irsebit. Vix est, vt hoc mihi possit eripi. Non  
biuiras *viduas* Latine dici Nonius docet adducit  
exemplo Varronis: *Ad biuiram venio, cum vellem ostend-  
re quid vellem Metanelos inconstantia filius me representat*

CAPVT XXIII.

Pompa. Nihil amare. Cassa specula, terricula. Matri-  
scitior, Muli. Cistellaria Plauti explicata, emendata.

CISTELLARIA Plauti prima statim fabulab-  
lenium quarenti Lemniselenæ quo ad illam p-  
Alcesimarchus insinuasset, respondet: *per Dionysia*  
*Mater pompam me spectatum duxit.*  
In quibus verbis poëta consuetudine sua ambig-  
p-ereleganti lusisse videtur. pompam enim aut app-  
rari sacrificij intelligere licet, vt aliàs fere; aut ipsam  
Silenium. ad quod exemplum id Milite à parat-  
dicitur:

— *que me amba obsecrauerint,*  
*Vt te hodie quasi pompam illac praterducerem.*

Et voluit fortasse notare mores mulierum, quæ  
verissimè Naso canit, ad huiuscemodi sollempnia

*Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ.*

Eadem scæna aliquot versibus post, cum puella ma-  
trem sibi iratam diceret, quod domum se non reco-  
pisset, ex quo ducendam Alcesimarcho vxorem re-  
audisset, subiicite eadem lena; *Nihil amare inuenimus*  
qua verba subobscura, & nisi fallor, perperam ha-  
ctenus accepta sunt. Ego arbitror hoc velle; non mu-  
rum esse, si mater irata sit. iniuriam enim accipere à  
filia,

Ant. Mus  
Varia Lec  
LIII  
28

illa, quæ nihil amet; hoc est, sine spe lucri sui, & cuius animus alibi occupatus sit: quorum neutrum meretriciam disciplinam addebet. eæ enim luxuriam tantum, si frugi sunt, amant; aduectores amant se simulant, dum id quod volunt auferant: tum manes abs se amittunt, & Lucillij illud occinunt,

*Quid mihi rautone hoc opus & tricone vadato?*

Eadem fabula, Scæna Nullam ego me.

*Non ecastor cassa memoro. nam obsecro vnde hac gētium.*

Cassa memorare, si locus bene habet, est frustra & nequam verbis sibi spem facere, cum in re nihil sit a nuce cassa, quæ putamen habet, neclo deficitur. ita cassam speculam Appuleijs dixit, Milesiam III. *Quin igitur masculum animum sumis, & cassa specula renuncias fortiter, & vltroneam te domina tua reddidit & Afranius cassam terriculam, pro minis inanius; Priuigno:*

*Numerò inepti pertinuistis cassam terriculam aduersarij.*

Scæna sequente:

*Sed nōne ecastor ego sum multo inscitior, hos qua rogem atque fatigem,*

*Qui semper malo muliebri sunt lubentes.*

Ita o. l. veteres, ut testati sunt alij: verum est, aut verisimiliter non dissimile, scribisse Plautum, *mulo inscitior*: quod adagionem urbanam & politissimo poeta dignum redolet. nam ita & multos *παροισωδῶς* nominabant stupidos & hebetes *ἢ ἀραδιῆτας*. Catullus:

*Mule, nihil sentis.*

## CAPVT XXIIII.

*Dulm uem locorum in, Plauto correctio.*

LEVE mendum contaminauit versum Plauti Milite,

G 5